



CLARISSIMO ATQVE INGENII ET VIR-  
TUTIS LAUDE ORNATISSIMO

# DN. CANDIDATO

S. P. D.

## PRÆSES.



*Implicem esse veritatis sermonem, graviter a summo poeta, Euripide, dictum est, sed hujus vim perpauci assequi videntur. Est enim mortalium animis id imprimis instum, ut veritatem in arduo ac difficili loco positam sibi imaginentur, viamque ad eam perveniendi duris ingenii laboribus ac salebrosis difficultatibus circumseptam existiment. Ego vero cum omni sapientum ordine contrarium sentio. Neque enim ulla via facilior, simplicior aut compendiosior est, quam quæ ad veritatem ducit. Atque ob id, quod plurimi illud iter, quo ad veritatem itur, tam facile sibi persuadere nequeunt, pauci eam inveniunt. Admirabilis & exquisitus ille ordo, quo cuncta in universo conservantur, paucis & simplicissimis nititur principiis. Divina illa numerorum & magnitudinum scientia simplicissimis tantum fundata est regulis. Animantium corpora, quæ in ruinam & corruptionem perpetuo prona sunt, duobus tantummodo motibus iisque simplicissimis, nempe solidorum constrictione ac dilatatione & inde pendente vitæ fluidorum circulo, salva, sana & integra servantur. Atque etiam probe cal-*

*culo*



culo posita, perpauci sunt motus & cause, quæ vitam ac san-  
 nitatem destruant. Neque remediorum vires & facultates,  
 quibus perversi motus in ordinem redigi debent, ad mul-  
 tas classes, sed potius ad paucissimas redigi possunt. Et pro-  
 fecto simplicissima etiam sunt & non numerosa medendi præ-  
 cepta, quæ si quis recte teneat atque observet, nã is non unus  
 ex multis, sed felix beatusque inter medentes æstimandus  
 est. Summus disciplinæ medicæ autor ac princeps, Hippo-  
 crates, eas in aphorismis suis præclare complexus est, sed plu-  
 rimi ex artis filiis sunt, qui eas oscitanter tractant, vel præ-  
 sus neglectui habent. Non possum itaque satis & laudare  
 & probare pulcherrimum Tuum, Nobilissime DN. CANDI-  
 DATE, institutum, quo has medendi leges quam maxime sa-  
 lutares & quasi universales præsentem in dissertatione propo-  
 nere atque enucleatius tradere amissus es. Gratulor ergo  
 ex intimo affectu de clarissimo hoc virtutis & eruditionis Tuae  
 edito specimine. Gratulor etiam Amplissimo Parenti Tuo  
 de filio, à quo & patria & publica res uberrimos fructus pe-  
 tere certoque sibi polliceri possunt. Gratulor denique mihi  
 de genuino artis filio, qui non vulgarem scientiam in artis  
 tam theoria, quam exercitatione indefessa diligentia conse-  
 quutus est. Assiduus fuisti prælectionum nostrarum per tres  
 annos & ultra auditor, & qua nobis in clinica praxi adstiri-  
 sti, illa ad laudem plane insignis fuit solertia. Augere beni-  
 gnisimum Numen dotes tibi concessas, tuisque rebus imposte-  
 rum felicitatem adspiret mirificam; prosperet quoque, quos  
 jam ex merito capessis, honores, & in itinere, quod augendæ  
 doctrinæ causa suscipere constituisti, te salvum atque in-  
 columem feruet.

S. D. G.





cul  
nit  
qu  
tas  
fel  
cep  
ex  
est.  
cra  
rim  
sus  
&  
DA  
luta  
ner  
ex  
edit  
de  
tere  
de  
tam  
qu  
anno  
sti, il  
gnis  
rum  
jam  
do  
col  
las

e, qua vitam ac sa-  
vires & facultates,  
i debent, ad mul-  
gi possunt. Et pro-  
nerosa medendi præ-  
erret, ne is non unus  
medentes estimandus  
ac princeps, Hippo-  
mplexus est, sed plu-  
r tractant, vel prae-  
ue satis & laudare  
issime DN. CANDI-  
quam maxime sa-  
dissertatione propo-  
es. Gratulor ergo  
& eruditionis Tue  
sissimo Parenti Tuo  
errimos fructus pe-  
atulator denique mihi  
scientiam in artis  
sa diligentia conse-  
nostrarum per tres  
linica praxi adstati-  
tia. Augeat beni-  
que rebus imposse-  
eret quoque, quas  
ere, quod augende  
alvum atque in-

© The Tiffen Company, 2007

# TIFFEN Color Control Patches

Centimetres  
Inches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black